

Præterea, S. Gregorius Magnus Homiliâ
XXV. in Evangelia docet Pastores, & eos, qui-
bus incumbit cura animarum, quo pacto ligandi
atque solvendi potestate uti debeant: viden-
dum est, inquit, *quæ culpa præceperit, aut quæ sit*
penitentia secuta post culpam; ut quos omnipotens
Deus per compunctionis gratiam visitat, illos Pa-
storis sententia absolvat. Tunc enim vera est ab-
solutio prædictis, cum interni arbitrium sequi-
tur iudicis. Quâ alterâ Sanctissimæ Pontificis

Tertio, S. Gregorius Magnus Homilia XX.
in Evangelia peccatoribus jam ad meliorem fru-
gem conversis modum constantem ac veram pen-
nitentiam agendi præfribit his verbis: Aliud
namque est penitentia fructum facere, aliud
genum penitentia fructum facere. Ut enim

est, quia quisquis illicita nulla commisit, huic iure
conceditur, ut licitis utatur, sicque pietatis opera
non relinquat. At si quis in fornicationis culpam,
vel fortasse, quod gravius est, in adulterium lapsus
est, tanto à se licita debet abstinere, quanto se
meminit & illicita perpetrâsse. Item, S. Doct.
Homilia XXIV. in Evangelia, ait, Artes, quæ
vix absque peccato exerceri possunt, omnino
post conversionem esse relinquendas: Sicut enim
inquit, pleraque negotia, quæ sine peccato exerce-
bere aut vix aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad
peccatum implicant, ad hæc necesse est, ut post
conversionem animus non recurrat: Et Homilia
XXXIV. in Evangelia docet idem S. Pontifex, ut
quo licita sit vera penitentia: Penitentiam quæ
pè agere, est & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam quisque alia deplorat,
ut tamen alia committat, adhuc penitentiam
agere aut dissimulat, aut ignorat. Ad hæc S.
Gregorii morem Doctrinam, quæ sexto Ec-
clesiæ sæculo obtinebat, si peccatorum conver-
siones, quæ nostris temporibus fiunt, exigatur,
quàm paucæ, pro dolor! inveniantur.
veræ, sinceræ ac diuturnæ! Mitto, brevitate
ergo, alia quam plurima utilissima morum præ-
cepta, quæ S. Gregorius passim tradit in mu-
lbris Moribus, videlicet in libris XXXV. Mo-
ralium in Job, in duobus libris in Ezechielem
& in duobus libris in Evangelia, in quibus
totus est Sanctissimus Pontifex, ut Chris-
tianos adhortetur ad amorem Dei super omnia
ejusque mandatorum observationem, ad dilec-
tionem proximi, ad timorem judiciorum Dei
ad dignam celebrationem Festorum, & Sacra-
mentorum susceptionem, ad tolerantiam moru-
rum in adversis, ad odium omnium vitiolorum,
exercitium & incrementum Christianarum vi-
tutum. Hos itaque S. Gregorii Magni libris
Morales mirifica Spiritus Sancti unione per-
fusus, auctor tibi sum, charissime Discipule,
ut assidue pervolvās, puram & integerrimam
Moralem Christianam ex illis haurias, ad cuius
normam tuos mores jugiter componas. *Fac
enim facies, & te ipsum saluum facies, & eos qui
te audiunt, verba sunt Apostoli Pauli 1. ad
Timotheum cap. iv.*

UBI


TOMUS TERTIUS.

COMPLECTENS

TRIA ECCLESIAE SÆCULA,
SEPTIMUM OCTAVUM ET NONUM,

AUCTORE

FR. IGNATIO HYACINTHO
AMAT DE GRAVESON,
Sacrae Facultatis Parisiensis Doctore, & Collegii Casanatensis
Theologo, Ord. Fratrum Præd.
EDITIO IN GERMANIA SECUNDA.



CUM PERMISSU SUPERIORUM.

Augustæ Vindelicorum & Græcii,
Sumptibus Fratrum VEITH, Anno MDCCXXVII.